Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241230-p0001-8

Sammelband von Diss




U.q.19,5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241230-p0002-4

XIX.

THESES
DISPVTATIONIS XI.

# DE INFIRMATIONE TESTAMENTORVM EX TIT. XVII. & XVIII. LIB. II. INSTIT. & concordantib. Iuris civilis textib. deſumptæ.

*QVAS,*

*Triuno numine favente,*

PRÆSIDE

*Nobiliſsimo, Conſultiſs. atq; Ampliſs. Viro*

DN. ARNOLDO DE REYGER I. V. D
& in illuſtriſsima Ienenſium Academia publico
Pandectarum Profeſſore

*Ingenij exercendi gratiâ excutiendas proponit*

IOHANNES PAVLVS HOË
VIENN. AVSTRIACVS.

Ad diem 30. Novembris hora & loco conſuetis.

IENÆ Tyrigetarum,
*Ex typographéo Tobiæ Steinmanni.*
*Anno* cIↄ Iↄ XCIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241230-p0003-9

*Nobiliſſimo, Conſultiſſ. Viro.*

*DN. LEONHARDO HOE J. V. D. Sereniſſimi Archiducis Auſtriæ Caroli a. m. Conſiliario, & Reipub. Viennenſium Advocato ordinario,*

Domino parenti ſuo colendiſsimo.

*NEC NON*

*Nobiliſſimo virtute & rerum uſu præſtanti Viro,*

*Dn. JOHANNI CHRISTOPHORO* Wolzogen *Sacræ Cæſ. Maieſt. Aulico, & poſtarum per Auſtriam Magiſtro,*

Dn. avunculo ſuo dilectiſsimo.

*Hoc*

*Studiorum teſtimonium*

Dico & offero obſequentiſſ.

*Filius & avunculus*

*Reſpondens.*

## *Continuatio.*

De teſtamentis conſtituendis diximus: ordo poſtulat, ut videamus modos, quib. infirmentur.

### THESIS I.

TESTAMENTVM AUT initio non valet, aut ex poſtfacto infirmatur. Quod initio non valet, aut iure non eſt factum, utpote cui ſolennia Iuris deſunt: aut nullius eſt momenti, ut ſi heredis inſtitutio vel exheredatio jure non ſit facta.

*l. 1. de iniuſto rup. irr. teſtamento.* Theophl. hîc. Inſt. *Quibus mod. teſtamenta infirmantur.* VVes. *ibidem.*

2.

Ex poſtfacto infirmatur vel ipſo iure, vel inofficioſi querela. Ipſo jure dupliciter, aut enim rumpitur, aut fit irritum.

*d. l. 1. de iniuſto. rupt. irri. ſ. teſtamento.*

3.

Rumpitur teſtamentum, cum in eodem ſtatu permanente teſtatore, ipſius teſtamenti ius vitiatur; ut ſi teſtatòri filius verè & naturaliter agnaſcatur; vel quaſi, quod fit adoptione.

*§. rumpitur.* In. *h. t. d l. 1. l. 8. ff. eod.*

4.

Et poſterius teſtamentum iure perfectum rumpit prius, in quo hoc ſolum ſpectatur, an ex eo aliquo caſu heres eſſe poſſit, & non refert, an ex cer-

tís rebus heres in eo ſit ſcriptus. Permagni verò intereſt, poſterius teſtamentum eſſe perfectum. ex eo enim ſolo non infirmatur prius, quòd teſtator id valere noluerit.

*§. poſteriore cum § ſeq. § ex eo 7. In. h. t. l. hac conſultiſsima. 21. § ſi quis autem, vbi Dd. C. de teſt. Donell. 6. com. 16.*

5.

Irritum fit teſtamentum, vel herede non adeunte, vel teſtatore capitis deminutionem patiente. Si tamen mortis tempore ſuæ poteſtatis iterum inveniatur heres, bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas impetrabit.

*§. alio cum § non tantum. In. h. t. d. l. 1. ff. h. t.*

6.

Querelâ inofficioſi, teſtamentum contra ſanguinem proprium & pietatis affectum, quaſi non ſana mente factum, declaratur.

*Pr. Inſt. de inoff. teſt l. 2. ff. eod.*

7.

Quæ eſt extremum ſubſidium *a*, quo Iudicis officium imploratur adverſus heredem ſcriptum *b*, eumve, qui eius ſit loco *c* ad reſcindendum teſtamentum *d*.

a *Theoph. hic. Pr. Inſt. h. t.* b *l. eum qui § ult. ff. eod.* c *l. 1 C. eod.* d *l. qui repudiatis. 17. cum ll. ſeqq. ff. h. t. auth. ex cauſſa C. de lib. præt. Nov. 115. cap. 3. & 4.*

8.

Locum habet tàm in linea recta, quàm transverſali, non tunc tantùm, quando exheredatio ex cauſſa iuſta eſt facta, quæ ab herede probari non poteſt. *a* ſed etſi ex iniuſta cauſa, aut cauſſa nulla adſcripta, modò ritè ſit facta, vel emancipati à patre, aut liberi à matre, auia vel auio materno ſint præteriti *b*.

a *Myn.*

a *Myns.pr.Inſt.h.t.n.7.Schn.n 15.Iul.Clar.§. teſtamentum q.40.n.5.* b *latè & eleganter Donell.ad auth.ex cauſſ.C. de lib. præt.n.4 5.6.& 6.com.13. Cuiacius nov.18.pag.104.Duar.cap. 3.h.t.& cap.2.de lib.& poſt.hered inſtit pa 457.Connanus 9.com. cap.10.n.4. Diſſ.Myns.Schn Clarus dd.loc. & Dd. communiter In. h.t.*

9.

Datur autem liberis utriuſque ſexus *a* etiam poſthumis *b*, etiam adoptatis ab aſcendentibus *c*, legitimatis *d*, naturalibus tantum contra matris teſtamentum *e*, imò etiam nothis, contra patris, ſi legitima alia non ſit ſoboles vel uxor juſta *f*.

a *§.1.& 2.In.h.t.l.1.cum ſeqq.ff. eod.* b *l. poſthumus 6. ff.h.t.§.2. in eod.Donell.d.auth.n.6.Duar.cap.6.h.t.* c *§.iam autem In.h.t.* d *Nov.74.* e *l.ſi ſuſpecta 29.§.1.h.t.Vide Hott. de caſt.& inceſt.nupt.part.5.cap.4.* f *Nov.89.cap.12.Cuia.nov.18. pag.111.Vide Hott.ad d.l.cap.3.*

10.

Parentibus etiam exheredatis permiſſum eſt liberorum teſtamentum dicere inofficioſum *b*. Soror autem & frater turpibus perſonis heredibus ſcriptis ex ſacris conſtitutionibus prælati ſunt *b*, quo tamen jure uterinos non cenſemus *c*.

a *§.1.In.h.t.l.pater 14.cum l.ſeq l. Adverſus. 30.ff. eod. l. cum filium.17.C.eod.* b *d.§.1.In.h.t l.fratris 21.l.fratres 27.C. eod.* c *d.l.27.Vasq.de ſucceſſ.lib.lib.1.§.10.n.561.*

11.

An ſi ſpurius ſit inſtitutus, fratri querela inofficioſi detur, eleganter controvertitur. Nos negativæ ſubſcribimus.

*Hartm.Piſt.1.q.30.n.26.cum ſeqq.*

12.

Obſervandum, querelam hanc in heredes tranſire, iiſq; competere: liberis quidem indiſtinctè: extraneis non niſi præparatam.

*l.6.§.ult.h.t.l.ſcimus.36.§.ult.C.eod.VVeſ.in par.n.8.*

 Modus

13.

Modus proponendi in eo eſt: ut queratur actor, ſe indigne eſſe exheredatum vel præteritum *a* hoc colore, quaſi non ſanæ mentis fuerit is, qui fecit teſtamentum *b*, petatq́; teſtamentum reſcindi, ſibiq́; hereditatem adiudicari *c*.

a *l.3.l.5.§.1.ff.h.t.* b *pr.Inſt.h.t.l.2.ff.eod.* c *l. 8. §. quoniam 8.vers.& ſi dicam.ff.eod.VVes. n. 10.*

14.

Onus probandi filium fuiſſe ingratum, iure noviſſimo, heredi ſcripto incumbit *a*. iure veteri actor ſe immerentem exheredatum dicebat *b*.

a *Nov.115.§.3.vers. ſive autem.* b *l.5.§. 1. ibi docere.*

15.

In effectu hoc maximè conſiderandum; quod hodierno iure teſtamento per querelam ex cauſa exheredationis vel præteritionis evacuato, omnia præter inſtitutionem maneant ſalva.

*Auth.ex cauſa.C.de lib.præt.vel exher.Nov.115.cap.4. ver. ſi autem hæc omnia.*

16.

Vbi illud inprimis controverſum: An ex omni præteritione, reſciſſa inſtitutione, cetera firma permaneant? Nos ſtatuimus, præteritione á matre auia vel auo materno facta, locum hæc habere: non ſi fiat à patre, non ſi à fratre.

*d.Nov,115.cap.3 in pr.Cuiac.ad Nov.18.pag.109. Gail.2. obſ.13.n.2.& 7.Vide Clar.partim. diſſ. §.teſtamentum q.52.ibique multos relatos.Diſſ.Donell.ad d.auth.ex cauſa.n.7.*

17.

Non datur hæc actio poſt quinquennium *a*, nec datur ſi legitima ſit liberis, relicta vel tota vel

pars

pars aliqua, poſteriore vero caſu ad ſupplementum agitur *b.*

a *l.* 2. *C. in quib. cauſ. reſt. in integ. l. contra* 16. *C. h. t.* b *l.* 8. *§. quoniam* 8. *ff. h. t. l.* 6. *l. omnimodò* 36. *ſcimus.* 36. *C. eod. §. ſed hæc Inſt. eod.*

18.

Legitimam dicimus certam portionem, iure naturæ debitam *a,* eius quod quis ab inteſtato erat habiturus.

a *l. ſcimus* 36. *§. illud. vers. ut non liceat. ib. debito naturali. & ibi Gothofre. C. h. t. l. cum ratio* 7. *ff. de bon. damnat. l. ſcripto* 7. *§ fin. ff. ſi tab. teſt. null. ext. Gail.* 2. *obs.* 122. *n.* 3. b *l. Papinianus* 8. *§. ſi quis. ff. h. t. l. parentibus. l. quæ nuper* 31. *C. eod.*

19.

An hodiè quovis titulo rectè relinquatur, ut querelam impediat, dubitatur? Putamus ſolo inſtitutionis titulo eam rectè relinqui.

*d. Nov.* 115. *cap.* 3. *Cuiac. nov.* 18. *pag.* 103. *Cuiac. Myns. Schn. Borch. §. fin. In. h. t. Donell.* 6. *com.* 12. *Diſſ. Vaud.* 1. *quæſt.* 5. *VValth.* 1. *miſc.* 5.

20.

Ea olim erat quarta bonorum *a* hodié eſt triens ſi liberi ſint quatuor vel pauciores; ſemiſſis ſi quinque vel plures *b.*

*a d. l.* 8. *§. quoniam. ff. h. t. §. fin. Inſt. eod.* b *Nov.* 18. *cap.* 1 *ibi Cuiac.*

21.

Hîc iterum quæſtio ſuboritur: An ut in liberis, ſic & parentibus ac fratribus legitima ſit aucta? affirmamus.

*d. Nov.* 18. *cap.* 1 *Cuiac. Donell* 6. *com.* 15. *Myns. §. fin. n.* 7. *Schn. n.* 10. *In. h. t. qui partim diſſ. Diſſ. com. Dd.*

Poſtre-

Poſtremò notandum eſt eum, qui voluntatem teſtatoris agnovit, puta legatum accipiendo, vel alio quo facto, ab hac querela excludi *a*, eumq; qui teſtamentum ut inofficioſum accuſat, nec obtinet, perdere quod ſibi teſtamento eſt relictum, idque fiſco vindicari, *c* á quo jure tutor excipitur.

*a l. ſi pars 10. §. fin. l. 8. §. ſi conditioni 10. ff. h. t.* b *d. l. 8. §. meminiſſe 14. h. t.* c *l. edicto 13. 55. ven. de iur. fiſc.* d *§. ſed ſi In. h. t. l. tutorem 22. de his quæ ut indig.*

# PARERGA.

## I.

QVæritur, an invaſus, qui fugere quidem non potuit, ſed noluit, fugere & ictum primum expectare, nec armis uti, niſi armis impetetur, debuerit, ut moderamen inculpatæ tutelæ non dicatur exceſsiſſe? Et nec fugiendum *a* etiamſi aggreſſor nobilis, alter ruſticus fuerit *b*, nec primum ictum expectandum *c*, armiſq; utendum, ſi ſine armis adverſarium invalentem prohibere non poſſumus, aut aliter nos tueri, ſtatuo *d*.

a *Argumento l. 1. C. unde vi ubi Donell. n. ult. Gail. lib. 2. obſ. 100. n. 3.* b *eſt enim defenſio Iuris naturâlis. l. ut vino. 3. de iuſt. & iur.*

*& iur. c d. l. 1. C. unde vi. & ibidem Donell. n. 3. vid. l. ſi ex plagis §. 1. ad l. Aquil. Don. d. loco n. 7.*

II.

An principes, Comitesve ad cuſtodiam ſui territorij eatenus teneantur, ut ad damnum à raptorib. illatum, refudendum ſint obligati tranſeuntibus, quærirur? Et teneri concludo.

*per l. 3. l. congruit de offic. præſ. l. 1. §. quoties. de offic. præſ. ſi modo viam publicam & conſuetam ingrediantur. l. 1. §. parvi. de his qui deiec. vel effud.*

III.

Quæritur num præſtabilius ſit Regem naſci vel eligi? Et naſci melius cum Bodino aſſero.

*Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 5.*

## Ad Reſpondentem.

Scilicet eſt aliquid claro de ſtemma-
te naſci,
Nobile & eximij nomen habe-
re viri.
Eſt aliquid ſanè ſi quis viriute priorum
Clarus, & ex voto quæq; precatur, ha-
bet.
Maior at eſt virtus, maiori dignus honore
Hic eſt, qui genio clarus & ingenio.
Sic Aiax notus, ſic bellicoſus Achilles,
Sic erat ex multis ſummus Ariſtoteles.
Cætera quid referam? nemo eſt qui neſcit ho-
nore
Hunc dignum, duplici quem ſua Fata
beant.
Sic tu notûs eris, cathedram qui aſcendis: &
unum
Quem docte multis oppoſuiſſe iuvat.
Inde doces cautè quéis infirmentur, & unde
Teſtamenta queant robur habere ſuum.

Hoc

*Hoc certè eſt aliquid ſeſe unum opponere multis,*
*Atq; data innumeris ſolvere tela modis.*
*Quod tu ritè facis Themidis qui præditus arte*
*Qui ingenio præſtans eloquioq; potens.*
*Perge bonis avibus: ſpacioſa volumina iuris*
*Aſſiduè docta volve revolve manu.*
*Nam qui clarus eras ſumma virtute parentis,*
*Virtute hinc propria clarior eſſe potes.*

Philippus Thimus Vinari-
enſis Tyrigeta.

FINIS.



99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X

TA 7 OL

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241230-p0016-2

XIX.

# THESES DISPVTATIONIS XI.

# DE INFIRMATIONE TESTAMENTORVM EX TIT. XVII. & XVIII. LIB. II. INSTIT. & concordantib. Iuris civilis textib. deſumptæ.

*QVAS,*

*Triuno numine favente,*

PRÆSIDE

*Nobiliſſimo, Conſultiſſ. atq; Ampliſſ. Viro*

DN. ARNOLDO DE REYGER I. V. D & in illuſtriſsima Ienenſium Academia publico Pandectarum Profeſſore

*Ingenij exercendi gratiâ excutiendas proponit*

IOHANNES PAVLVS HOË VIENN. AVSTRIACVS.

Ad diem 30. Novembris hora & loco conſuetis.

IENÆ Tyrigetarum,

*Ex typographéo Tobiæ Steinmanni.*

*Anno* cIɔ Iɔ XCIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241230-p0017-7